



*Oratio Funebris I.*

*De mortuo infante Davidis.*

*2. Samu. 12. v. 15. Percussit Dominus parvulum.*



HARRISSIMI audivimus historiam quæ talis est, &c. Nunc hos locos ex ea, de quibus nobis sermo erit, excerpemus.

I. *Quòd Deus percusserit infantem hunc, & sic causa fuerit morbi & mortis illius. Et, quare Deus sinat infantes mori.* L O C I.

II. *Quomodo parentes in morbo liberorum affecti esse debeant.*

III. *Quomodo se ab obitu eorū gerere debeāt.*

I. *De eo quòd DEUS percussit infantem.*

vers. 15. *Percussit Dominus parvulum*) Audimus infantem Davidis ægrotare cœpisse, & septimo die post mortem oppetiisse. Et audimus unde, & à quo ei morbus ille inflatus sit, quo pereundum ei fuit: nempè quòd Dominus parvulum percusserit, ut sic obi-

Da sancte sancta cogitare spiritus, eadēq; rectè proloquamur effice.

Dominus percussit parvulum.